

tibus satis prolixa. Et qui habes istum librum, in simo  
tuo reconde, nullique ipsum reueles, nec manibus im-  
piorum offeras: quia secretum secretorum omnium Phi-  
losophorum plenariè comprehendit. Talis siquidem &  
tantus margarita non est porcis & indignis largiendus:  
quoniam est donum Dei magnum, & Deus cui vult lat-  
gitur ipsum & ausefert. Quapropter, charissime, qui ha-  
bes istum librum, digito compescere labellum, filius exi-  
stens Philosophorum, ut meritò merearis dici & esse de  
numero sapientum antiquorum.

*Explicit Rosarius à Magistro Arnaldo de Villa  
noua compositus.*

# MAGISTRI ARNALDI DE VILLA NOVA, LIBER dictus, Nouum Lumen.

## PROOEMIUM.

**D**AMNATE R<sup>o</sup> domine Reuerende: Licet liberis  
lum existam scientiarum ignarus, studio  
non sim assiduus: nec in statu maneam cler-  
icali, voluit Deus tamen, sicut cui vult inspi-  
rat, mihi quamvis immerito secretum præcellens reuelare.  
Et quoniam exigunt vestra nobilitas, probitas, pruden-  
tia larga manus: ut quemadmodum assidue profundæ sciz-  
entiæ perscrutando, non recusat labores, sumptus, &  
studia diuturna: sic & uberem fructum. Ex qua in agro  
Philosophiæ funditus arbore consequamini Dei dono. Ea  
propter vestræ prudentiæ desideratum Lapidem siue Eli-  
xir, occulta fide probum per virum, mihi à Deo institutū,  
ostensem, eiusq; regimen, ut vidi, feci, & tenui, reserabo.  
Sciens quod visis & intellectis quæ scribo, liquidè erit ve-  
stro ingenio perspicaci, quod ego Dei nutu secretum noui  
vulgariter ignoratum.

C. A. P.